



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Additio finalis circa Quæstiones residuas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

in Carthagenen, decim. 27. Junii 1590. coram Gypso & in Abulen. decim. 21. Maii 1600. coram Penia. Et ita decifum Epifcopo tantum informante.

### Additio finalis circa Quæftiones refiduas.

**P**oterant utique, fi tempus & otium fuppetiffet, plures fac. Rotæ decifiones ad-  
 jungi, & tam illæ, quas hucusque pro temporis anguftia brevibus pariter & an-  
 gultis annotatiunculis declaravimus, quam cæteræ quæftiones, quas velut ra-  
 rius in foro occurrentes, & idcirco ab ipfa Rota aut vix, aut nunquam tactas reliqui-  
 mus, uberiori apparatu exornari; Verum cum & temporis & inflituti opus  
 ratio brevitatis adinoneat, reftat, ut quoad refiduas hujus 5. partis quæft. folis remif-  
 fionibus Benevolus Lector fit contentus: & ut hujus rei nobis non defit excufatio, fit  
 pro ratione, quod ea quæ in finalibus hifce quæft. D. Auctor tractat, partim a his hu-  
 jus opus locis tractata fuerint; quale eft illud quod de confessione exempti coram  
 iudice ordinario emiffa ponitur in q. 61. cum de eadem te par. 2. q. 21. actum fit. Item q.  
 62. dicta de moniali translata coincidunt cum pofitis eadem. par. 5. q. 14. R. utlus q. 74.  
 quæ de exercitio jurisdictionis ordinariorum in locis exemptis afferuntur, non multum  
 abfunt ab illis, quæ par. 2. q. 1. allegata funt de erectione tribunalis in loco exempto,  
 partim verò ad materiam exemptionis fpecialiter non pertineant, fed ex generalibus  
 juris regulis ad cafus in exemptorum caufis occurrere poffibiles applicata; veluti cum  
 de 2. executore fuperaddito agitur q. 72. & cum per citationem nulliter emanatam à  
 iudice notoriè incompetente præfcriptionem non interrumpi deciditur q. 76.

Interim ad fpecialia quæritur, uti eft illud q. 59. de fubjectione Ecclefie, & ex qui-  
 bus actibus illa defumatur. Vid. dec. Rot. 552. par. 4. rec. tom. 3. & dec. 340. par. 15. & de  
 nomine ac appellatione Ordinarii, an æquè competat inferioribus habentibus juris-  
 dictionem ordinariam ex privilegio & præfcriptione, ac Epifcopis habentibus ean-  
 dem à jure ad q. 75. Vid. dec. 493. n. 5. par. 2. rec. ubi in terminis Conc. Trid. c. 9. ff. 24.  
 deciditur jus vifitandi Ecclefias regulares nullius diæcefis competere Prælato regula-  
 ri fub nomine Ordinarii; & hoc fenfù etiam jurifdictio competens ex privilegio vel  
 præfcriptione dicitur favorabilis, & difpofitio illam tollens odiofa apud Seraph. decif.  
 300. num. 2.

Quæftio 28. de perfonis miserabilibus hodie remittenda eft difpofitioni Conc.  
 Trident. fubjicientis exemptos fæculares extra claustra degentes ordinatis locorum  
 quoad caufas mercedum & miserabilium perfonarum, de qua re agitur etiam in dec.  
 61. fupra in hoc tomo n. 9. & feqq. ad q. 87. de valore teftamenti in loco exempto conditi  
 fine folemnitatibus ftatuatis Vid. Rot. dec. 193. n. 16. par. 9. recent.

F I N I S.